



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. A resistantibus
dextræ tuæ, Custodi me ut pupillam oculi, Sub umbra alarum tuarum
protege me.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Inclina aurem, tropus familiaris Psalterio, quo tamen (ut dictum est in superioribus) humilitas orātis exprimitur, & exaudientis maiestatis altitudo, quæ respicit humilia in coelo & in terra, hoc est, inclinat aurē ad præces humilium sine dubio auertens faciem a superbis.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

A resistentibus dextræ tuæ, Custodi me ut pupillam oculi,

Sub umbra alarum tuarum protege me.

Sic enim distinguuntur ij duo uersus in hebræo, multoq; pleniori energia dicitur hebraice מושיע הוסיס Mosia hosim, saluator fidentium, seu sperantium, absolute, q̄ qui saluos facis sperantes in te. Nā in te, additum est ab interprete. Vide itaq; uim & impetum orationis, in singulis uerbis quanto affectu, quantoq; sollicitudine instet & urgeat.

Primum, Mirifica, non ostende tm̄, hoc est, fac ut uideant q̄ mirabilia sint misericordiar. Quo modo? Videte uocationem uestrā fratres, quia nō mūdī sapiētes sed m̄m carnem, nō mūdī potētes, nō mundi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi eligit deus, ut confundat sapiētes, & in firma mundi eligit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia, & ea ea quæ non sunt deigrit deus, ut destrueret ea quæ sunt, ut non gloriatur in conspectu eius omnia caro. j. Corinth. j. Et rursus idem Paulus. j. Timoth. j. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus uenit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Hæc enim sunt mirabilia misericordiarum dei, q̄ peccatores quos damnare oportuit, saluat, & indignos, quos cōtemni oportuit, glorificat, & in summa, humiles, abiectos, uiles exultat, Quæ dei cognitio dulcis est, corda sancto spiritu inflat, exhilarat & confortat.

Misericordias tuas, non iusticias, potentias, sapientias illorum, sicut psalmo præcedente dixerat: Non congregabo conuenticula corū de sanguinibus &c. Hoc enim non modo est mirabile & iucundum in oculis nostris, sed etiam irritabile & damnabile in oculis impiorum, qui nolunt esse stulti, peccatores & mali, ideo ut non possunt ferre, suam sapientiam, potentiam, iusticiam, argui, contemni, damnari, ita nec misericordias dei prædicari, unde semper resistunt deo, quem iactant, nō nisi iustorum esse deum, nec saluare nisi iustos, nec damnare nisi peccatores, nec quid peccatum, nec quid iusticia, nec quid misericordia, nec quid deus sit unq̄ intelligētes, sicut & nostra Theologia scholastica, id est impia, insipiens & illusoria, errat. Deus enim non fictos, sed ueros peccatores saluat, quia non ficta, sed uera est eius misericordia, non agit nobiscum uerbis, sed rebus. Iustus enim est, qui se agnoscit uere esse peccatorem, sicut Paulus dicit: Quorum primus ego sum.

Theologia scholastica.

Videndū domi no nostro.

Saluator sperantium seu fidentium, pulchre deum commonefacit operis & gloriæ suæ, opus enim eius est saluos facere, qui in se cōfidunt, sicut dicit, psal. xc. Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum, Et Hieremia. xxxix. Vade & dic Abdemelech Aethiopi, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego inducam sermo nes meos super ciuitatem hanc in malum & nō in bonum, & erunt in conspectu tuo in die illa, & liberabo te in die illa, ait dominus, & non traderis in manus uirorum, quos tu formidas, sed eruens liberabo te, & gladio non cades, sed erit

sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dominus. Obsecro quem non moueat ad fidendum, tam larga maiestatis promissio, uni homini tot uerbis cōmendata, uere dulcis dominus, sed ihs, qui experti sunt, secundū opus ergo eius, ita & nomen eius, secundū amorem eius, ita & laus eius, secundū laudem eius, ita & amor eius, secundū amorem eius, ita & salus nostra. Non ergo saluator est sapientū, potentum, iustorum, sanctorum, sed solum fidentū, qui qui fuerint, nō refert, peccator, publicanus, meretrix, latro fueris, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, hac ipsa fiducia tua, nec solum remittuntur, sed amorem dei quoq; pariet eadem fiducia, quo deinceps peccatū uitabis, uinces, & mortem omniaq; mala contēnes.

A resistentibus dexterae tuae, hoc ad nomē saluator, referendum est, scilicet saluator sperantium a resistentibus dexterae tuae, quo acriter mouet inuidiā aduersarijs, ut quorum infania iam non in ea quae sua, sed in ea quae dei sunt graueretur: dexterae tuae resistunt, tua res agitur, uide ergo q̄ repente faciat affectus egregium Rhetorem. Nonne partes rhetoris belle agit: causam suam cōmendat, sibi gratiā conciliat, aduersarios accusat, eis inuidiam mouet, & iudicē mirra arte nō modo beneuolū, sed & ardentem & zelotem facit, idq; uerbis (quod summū est Rhetoricæ decus) breuissimis & sententiosissimis: Non q̄ his opus fit deo, ut flectatur, sed fides nostra, quae quo ardet magis, hoc plura per eam deus operatur. Diximus autē impios, qui deū nō cognoscunt, nec opera eius, ut quem non mirabilem, sed secundū suum sensum cogitant, necessario resistere dexterae dei.

Affectus sancti Rhetorem

Fides nostra deū cogit.

Dextera dei.

Omnium fere unanimes est sententia, Brachio & dextera dei significari, potentiam & uirtutem dei, sumpta ex hominibus allegoria, qui dextera pro membro, organo corporis maxime operoso & potenti utuntur. Augustinus tamē fauorem dei per dextram pene ubiq; accipit, quod non alienum est a ueritate. Siquidem dextera potētia seu uirtus dei est ipsa gratia, fauor, misericordia dei, qua nos potenter inuitis omnibus hostibus seruat. Hinc Isaias. liij. Christū appellat, brachium domini. Et psal. xcvij. Saluauit sibi dextera eius & brachium sanctum eius, Paulus. j. Cor. j. uirtutem & sapentiā dei. Ro. j. Euangeliū uirtutem dei uocat. Summa, Verbum dei quod Christus est prædicatus nobis, est quo uelut dextera inuicta, petra immobili, fundamento inconcusso, lapide angulari, cornu uictoriosissimo, seruamur, cōsistimus, ædificamur & copulamur, uincimus, in omnibus & per omnia. Hoc semel pro oibus de dextera dei dictum sit, nec enim alio quopiam q̄ uerbo suo nos uiuificat, gignit, alit, educat, exercet, protegit, seruat & triumphat in æternā uitam. Sic psal. cxij. Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me &c. Nescio tamē an Augustini sententia sit perpetua & constans ubiq; propter psal. xx. qui dicit, Dextera tua inueniat oēs qui te oderunt, in quo loco, pro gratia misericordia seu uerbo gratiæ accipi nō uidet, nisi eo modo sentias, quo Christus Iohā. v. dicit, Sermo, quē locutus sum ego ipse, iudicabit eū in nouissimo die. Alius Versus, Custodi me, ut pupillam oculi, hoc ex Deutro. xxxij. sumptū est: Circūduxit eum & custodiuit, sicut pupillā oculi. Ex eodem & altera pars, sub umbra alarum tuarum protege me. Dicitur enim illic, sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expandit alas suas, & assumpsit eū & portauit in humeris suis. Sic & Christus Matth. xxij. Quoties uolui cōgregare filios tuos, quemadmodū congregat gallina pullos suos sub alis suis: Tauotologicus autē uersus est, in quo magnificat periculū & affectu magnæ sollicitudinis

G g tulinis

Cauenda pe- tudinis sic agit, ac si nō satis posset custodi ab insidijs impiorum, quod hinc
 ricula huma- uera ita est, & id in Apostolis quoq; uidemus Petro & Paulo, qui toties in
 narū traditi- cant & repetunt pericula humanarū traditionum, ut uideant non tantum
 onū q̄ maxi- tuisse quantū uoluerunt nos cautos reddere, quare hic affectus est timor
 me. fugientis a periculo maximo, qualem uidemus, in infantibus, qui ad pericu-
 lus & colla sese magno conatu recipiunt, ubi quippiā periculi timor, &
 & nobis esse affectus debet ad deū patrem, a timore hypocritarū & iustitio-
 rum, a quibus attendere etiam Christus iussit, ut diligentissime & intente
 custodiat, Vere enim non satis potest caueri hoc malum, cum etiā ab eis
 proprie uereq; piorū & sanctorum patrū, originē & autoritatē sumat, quod
 opera imitari, cū nemo nō pijsimū puet, nemo simul obseruat, q̄ non opera,
 sed fidem eorū, quæ operū fuit autor, oportuerit imitari, etiā si longe alio ope-
 rat opera facere. Nam opera patrū imitari, sit gentiliū uirtutū, iactanz, uer-
 teat opera facere. Nam opera patrū imitari, sit gentiliū uirtutū, iactanz, uer-
 lius, celata in auro fortia facta patrum, & Cicero glorie domesticis uicis se
 abū dare exemplis, nos Christianos certe fidem oportet magis spectare, sicut
 ij. Cor. iij. Habentes autē eundem spiritū fidei, & nos quoq; credidimus, quod
 ij. Cor. iij. Habentes autē eundem spiritū fidei, & nos quoq; credidimus, quod
 pter quod & loquimur, Et Heb. xij. Mementote p̄positorū uestrorum, qui
 uobis locuti sunt uerbū dei, quorū intuentes exitum, imitamini fidem, Item
 cap. xj. non nisi fidem patrum uocat in exemplū, sicut & Ro. iij. fidē Abræ
 dicit scriptam esse, p̄pter nos, ut & nos credamus.

Fides potius
 patrū imitan-
 da quā facta.

Cum ergo sanctorū patrū quoq; opera sanctissima, sint periculosa & pe-
 niciosa, si in exemplum trahant absq; fide, qua sunt sanctificata, quid non pe-
 riculorū & malorū inuehant tot regulæ, statuta, decreta, leges hominum im-
 pijsimorum, quorum opera, nullis exemplis patrum pollunt probare, sed de
 suo capite proprio omnia fingunt & animas hominum fallunt. Et hinc uide-
 quæ sit necessitas, tam diligētis custodia petitz, tam polix orationis, tam in-
 stantis & urgentis sollicitudinis huius prophete, immo populi dei in hoc pal-
 mo. Vere cadunt a latere mille & decem milia a dextris, quia plures altus dra-
 conis, q̄ uis leonis, perdit, Et nūc in Ecclesia uulgus illud concionatorum, re-
 probum circa fidem, quid aliud nobis e sanctorum gestis proponit, q̄ opuscu-
 la quædam? donec fide extincta, non nisi superstitio gentilis sit, ubi quondam
 Ecclesia dei fuit, relicto nomine tantum Ecclesie, re penitus amissa.

Non tamen uacat mysterio, pupilla oculi custodiri penita, fides enim oculus
 immo pupilla oculi est, quam quia facillimum est lædi, diligentissime est custo-
 dienda, sicut enim extincta pupilla oculi, homo cæcus in tenebris ambulat, ita
 sine fide homo totus in tenebris est, Sic Lucæ. xj. Lucerna corporis tui, oculus
 tuus est, si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, sin aut
 tem nequā fuerit, etiam corpus tuum tenebrosus erit, Idē mysterij in umbra
 alarum liceat inuenire, Alæ enim dux, uerba sunt utriusq; testamenti, umbra
 uero fides ipsa uerbi dei, caligo spiritalis animæ, in qua tuto latet, a facie uul-
 tatum & rapacium Magistrorum,

A facie impiorum, qui me affixerunt.

Inimici mei animam meam circunderunt.

Cohæret hic uersus p̄cedentibus uerbis, Custodi me, protege me, a facie
 impiorum (id est, sanctorum, iustorum, magnorum operibus non fide.) Hinc
 rony. rectius, pro affixerunt, dedit, uastauerunt. Hoc enim queritur, q̄ per
 Magistros